Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ppt agag .i. ppt antixpm . qui de tecto
pdite paternitatis diabolice pdicionis
reuelabit. rex eternus dns ihus xpus
marie gloriose uirginis filius a iudeis tolli
tur dum crucifigitur. Unde dns impro
perat dicens. Ego ueni in noie pris
mei et non me suscepistis. sed alius ueniet
in noie suo haut dubium antixpm de
signans et illum recipietis. Que cum
ita se habeant balaam qui de montibus
orientis aduenerat. uirginem orituram
sub simulachro stelle. cuius natiuitatem
tocius gentibus annuncians. letari in eius
sacra natiuitate ualuisset. non oculos
aptos ad uisiones altissimi habens.
in terra dando consilium beelphegor ppha

Iam tu C stultus corruisset.
vellus gedeonis. in quo fluxit
unda roris oibus plena gracie.
gratulare ac letare in hac die natiui
tatis uirginis marie. quia tu hanc glo
riosam matrem dei uirginem. typico
in scemate ostendisti. de cuius natiuita
te gaudent angeli et collaudant filium
dei. Quid tu o moyses pastor here
mi in rubo ardenti et non comburenti ui
deras? Hanc mariam matrem piam igne
deo candidatam munditia. conflagra
tam radiatam non corruptam uideras.
Pergam ait et uidebo uisionem hanc mag
nam. quod rubus ardeat et non comburatur. Vides
natam in hoc rubo mariam uirginem
pulcherrimam in omnes uirgines. Vides
matrem in hoc rubo. ipsa semper uirgo
manens. ipsam plenam deo igne con
flagratam caritate ac feruore inunda
tam magno sancti spiritus. Sed quod longe
remorari ppt deum non accessisti uisioni
huic grandi? Solue calciamenta tua.
solue misteria legis. sensus que legales

apias et crede o tu qui adhuc iudaizas hic
esse deum uerum. quem in rubo tue car
nis. de rubo carnis uirginis marie pro
deuntem conspicis. Solue calciamenta
tua. i. solue infidelitatis pfidiam qua
calciatus ambulas et per fidem ad hanc
grandem uisionem tu accedas. Quia
locus ubi stas o moyses. i. deus de quo
post tu audies in monte sinai est locus
apud me. et de quo dicit dauid. quoniam tran
sibo in loco tabernaculi admirabilis.
et iterum beatus uir cui est auxilium abs te
ascensiones in corde suo disposuit in ual
le lacrimarum in loco quem posuit. Iste in
quam locus in quo stas. quia omnis status
tui firmitas in hoc loco. i. in deo qui tibi
de hoc rubo loquitur consistit. iste locus
terra sancta est. i. homo quem sanctificauit in
ipso que de celo micat deitas. Quid
tu tenes o archa tabernaculi? Urnam
auream manna plenam tu recondis.
Tenes urnam auream. hec est maria ple
na caritate in suis deliciis. cuius nati
uitatem hodie orbis letus representat
Manna in urnam mittitur. quia deus in
maria incarnatur. Quid tu o aaron
sacerdotum maxime? uirgam aridam iussu
dei ponis in tabernaculo? Quam reponis
istam uirgam fecundandam parituram florem.
uirginem tu signas hanc nascendam.
cuius hodie natiuitatem celebramus? et sine
uiro fecundandam parituram solem. Tua
uirga dedit florem. nostra uirgo dnm pe
perit solem iusticie. mundi saluatorem
Sic et uates balaam et gedeon dux
israel in stella et in area in uellere ac rore
natiuitatem hodiernam perpetue uirginis
atque plenam diuinam designarunt. Tu quod
uides o ezechiel in porta que ad o
rientem respicit. in uirginem mariam